Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Philosophia I.II - Cod. Ettenheim-Münster 290

[S.l.], [Anfang 18. Jahrh.]

Articulus primus

urn:nbn:de:bsz:31-130078

Visual Library

Caput Quartum.

De Actibus humanis.

1mo Hic examinabimus, quid, et quotuplex sit regula actuum humanorum. 2do. in quo consistat moralitas. 3tio. in quo bonitas moralis. 4to in quo malitia. 5to. an possit dari actus moralis indifferens, seu qui nec sit bonus moraliter nec malus..

Articulus Primus.

De Regulis actuum humanorum.

Q. 1mo. quid sit universim regula?

R. esse id, cui aliquid conformari debet. Unde regula actuum moralium est id, cui actus moralis, si conformis sit, bonus est, si difformis malus.

Q. 2. Quid sit illud, cui actus moralis conformis esse debet, ut sit bonus?

R. Esse rectam rationem cum sapientia disponentem.

Q. 3. Quotuplex sit recta ratio?

R. duplex nempe aeterna et creata. recta ratio aeterna, est lex aeterna Dei iuxta quam sapienter omnia ordinat seu dictat imperando, quae a nobis fieri quaerit, et prohibendo quae a nobis omitti debent. Recta ratio creata est quaedam huius aeternae rationis participatio cuilibet homini impressa, qua nobis lex aeterna Dei quasi intimatur et innotescit, unde Propheta regius: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Lex aeterna dicitur regula actuum humanorum mediata seu remota. Lex creata vero i.e. quae est conscientia, dictamen rationis, synderesis et

iudicium practicum appellat; de regula proxima et immediata qua p se innotescit.

Q. 4. Quid sit lex?

R. e Regula quaedam ac mensura actuum humanorum, p qua edicit actus ... quae sit rectum e agendum, et quod pravum e omittendum dirigimur ...

Lex naturalis ea e, quae ... innotescit ...

Q. Quomodo dividatur?

R. imo ... in naturalem et positivam. Lex naturalis idem e ac lex et ratio aeterna et immutabilis ... quae recte fiunt ... et quae prave ...

Lex positiva definitur regula communis et stabilis actuum ... directiva et obligans ad aliquid agendum aut non agendum in ordine ad bonum commune ab eo, qui potestatem habet, libere instituta.

Dico libere instituta ... Vide brevius sic definitur. Lex positiva e regula actuum ... a libera legislatoris voluntate posita.

nobis definitur lex positiva.

Cuius mutationes variae apparent à iuris consultis. Apud eos rogatur lex cum fertur; abrogatur cum omnino tollitur; derogatur legi, cum pars tollitur; subrogatur cum additur; obrogatur cum aliquid mutatur. Vide legem 102. Digestis de verborum significatione.

Q. 6. quomodo dividatur lex positiva?

R. Dividitur in divinam et humanam, prior à Deo, posterior ab hominibus lata est.

Lex divina positiva veteri et novo testamento continetur. Lex vetus populo Judaico data est per Angelos internuntio Moyse. et triplicis generis praecepta continebat. Moralia nempe quae ad mores spectabant. Ceremonialia, quae ad ritum divini cultus, festa, sacrificia etc. pertinebant; denique Judicialia, quae iudiciorum formam inter Judaeos servandam praescribebant.

Praecepta Ceremonialia et Judicialia novo testamento abrogata sunt, quia erant tantum figura et umbra eius, salva tamen re, manserunt praecepta moralia, quia nihil aliud complectuntur, quam quod lex aeterna iubet.

Lex nova continetur in Evangelio Jesu Christi salvatoris mundi.

Lex humana dicitur, quae ab hominibus lata est, et ea vel est Ecclesiastica vel civilis. Lex Ecclesiastica sacrorum conciliorum canonibus, Sanctorum patrum sententiis, ac summorum Pontificum decretis, seu constitutionibus decretalibus continetur.

Lex civilis Imperatorum ac Regum edictis, supremarum curiarum senatus consultis, ac prudentium virorum responsis innititur.

Q. 7. An lex consistat in actu intellectus, vel voluntatis, Thomistae?

R. Negative. Probatur 1mo, quoad legem naturalem.

Vel non est dictamen rationis creatae vel increatae; atque neutrum dici potest.

Prob. min. 1mo non est dictamen rationis creatae vel increatae atque neutrum dici potest quia hoc dictamen non est praeceptum, quod specialiter est ad aliquem inferiorem; nemo non sibi est par in parem potest, lex autem naturalis est praeceptum.

2do. non est dictamen rationis increatae, nisi non accedat voluntas obligandi; quatenus enim Deus iudicet aliquid faciendum, nullam nobis imponit obligationem, ergo nec naturalis lex, quae specialiter imponit obligationem.

Probatur 2do. quoad legem positivam. Dictamen conscientiae dictat commixtionem carnalem diei veneris esse prohibitam et tamen ipsum non est lex prohibens talem commixtionem, ergo nullus alius actus est lex intellectus est lex positiva.

Probatur consequentia. Nullus alius actus intellectus magis accedit ad naturam legis quam dictamen rationis; ergo si hoc dictamen non est lex, nullus alius actus intellectus erit lex.

Deinde non potest assignari quis sit ille actus, in quo lex consistit:

Nam 1mo. Non est iudicium, quo legislator iudicat hoc vel illud agendum aut omittendum esse, quia hoc iudicium nullam importat obligationem, nisi accedat voluntatis actus, quo vult hoc observari aut omitti. 2do. non est ipsum imperium expressum his verbis /: fac hoc :/ quod Thomistae Italij dicunt, esse actum intellectus. Nam non intimatio nec sufficit, nec requiritur.

Non sufficit. nam quamvis superior non habet voluntatem obligandi, tamen inferior non obligatur. Non requiritur. quia modo superior habeat voluntatem obligandi subditos ad aliquam actionem ponendam aut omittendam, et haec voluntas quocunque modo innotescat inferiori, hoc ipso obligatur inferior, sine ulla ulteriore imperio aut impulsu, quia servus sciens voluntatem domini sui, et non faciens, vapulabit multis.

Proprietates legis.

Quaeres. dicitur communiter de lege 1mo. quod sit regula et mensura actionum. 2do. quod illuminet, 3tio. quod ordinet et dirigat. 4to. quod sit actus prudentiae gubernatricis, quae haec conveniunt solis actibus intellectus.

R. Nego minorem. Et dico haec omnia optime congruere voluntati.

1mum probatur, quia ex S. Thoma, divina voluntas est prima regula, qua mensurari debent actiones humanae. Id non agere aut velle debemus, inquit S. Anselmus, quod Deus nos vult agere et velle.

2dum. quia licet solus intellectus formaliter illuminet, voluntas tamen illuminat quasi obiective. hoc est inferior cognita voluntate superioris, hoc ipso cognoscit, quid ipsum deceat aut dedeceat agere. Deinde lex ut existens in subdito, illuminat ipsum formaliter, sic non nihil est nisi cognitio legis.

3tium. Ut ait S. Thomas, unus Angelus ordinat voluntatem suam propter unum ad alterum, et sic eum loquitur. Deinde voluntas ordinat media ad finem.

4tum. Quia lex praesupponit actum prudentiae gubernativae,

lex debet sapienter ferri, alioq̄ debet illi prælucere aliquis actus intellectus, et tn̄ concurrit formaliter in hoc actu. alioq̄ omis actus voluntatis prudentiæ elicitus, est formaliter actus prudentiæ.

Objes 2do. Proprium est legis imperare, sed imperium pertinet ad intellectum, ergo est lex.

R. d. maj. proprium est legis imperare, h. e. potestatem obligare con. maj. h. e. potestatem imperium intimare n. maj. d. mj. imperium pertinet ad intellectum quoad intimationem con. mj. quoad obligationem n. mj. et cons.

Itaque solius voluntatis est obligare, intellectus vero hanc obligationem intimare.

Objes 3tio. Scriptura et S. Patres dicunt legem naturalem esse nobis congenitam, esse scriptam in cordibus nostris, sed hoc non potest intelligi aliter, quam de dictamine rationis, quod est actus intellectus, ergo lex naturalis concurrit in actu intellectus.

R. Sensum Scripturæ et Patrum esse, legem naturalem et æternam sufficienter in suo naturali lumine ita innotescere in nobis, ut sine ulteriori promulgatione sciamus, quid imperet, vel quid prohibeat. dictamen rationis est legis cognitio.

Objes 4to. Posito solo dictamine rationis homo obligatur ad agendum aliquid vel omittendum: ergo dictamen rationis est lex.

R. N. consequentiam. Argumentum nimis probat, probat enim legem abstinendi a carnibus die veneris esse ipsum dictamen rationis: quia per dictamen rationis indicat sibi a carnibus abstinendum esse, hic et pro obligatur ad abstinendum: ratio quia nunquam posito dictamine rationis de aliquo faciendo vel omittendo obligetur, et quia tunc per hoc dictamen innotescit lex illud prohibens vel imperans. ratio, ut dictamen rationis seq. docamus.

Articulus 2dus.

De Moralitate actuum humanorum

Nomine actus humanus intelligitur actus liber factus cum cognitione regula morum.

Duplicem distinguunt Authores Moralitatem, alteram formalem, quae se tenet ex parte actus nostri, alteram objectivam, quae se tenet ex parte objecti, circa quod actus nostri versantur.

Propositio Prima.

Moralitas actus, est relatio realis et transcendentalis actus ad regulam morum.

Probatur 1mo, esse relationem ad regulam morum. Nam forma quae constituit moralitatem actus, est quae sola posita actus est, et dicitur moralis, atque haec est relatio actus ad regulam morum, ergo moralitas actus est relatio actus ad regulam morum. Maior patet.

Probatur minor. Relatio actus ad regulam morum, est conformitas vel difformitas cum illa regula; sed posita hac conformitate vel difformitate, actus est, et dicitur malus, ergo relatio actus ad regulam morum est quae sola posita actus est et dicitur moralis, atque ea sola sublata, non est.

Probatur minor. Per hanc conformitatem vel difformitatem, differt ab omni non morali, quia eius moralitas consistit in illa conformitate vel difformitate. — Antecedens patet.

Probatur consequentia. Per hoc enim quodque constituitur, per quod differt intrinsece ab omnibus aliis, quia si actus moralis per conformitatem vel difformitatem differt ab omnibus aliis, per ipsam quoque est et constituitur moralis.

Probatur 2do. Hanc relationem esse realem.

Actus moralis nemine cogitante est conformis vel difformis suae regulae,